



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ  
Recentiores**

**Hay, John**

**Antverpiæ, 1605**

Reverendis In Christo Patribus, P. Rectori, Professoribus Sacræ Theologiæ  
Et Studiosis Collegii Societatis Iesv In Alma Vniversitate Lovaniensi,  
Felicitatem & perpetuam salutem precatur Gulielmus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

REVERENDIS  
 IN CHRISTO  
 PATRIBVS,  
 P. RECTORI, PRO-  
 FESSORIBVS SACRÆ THEO-  
 LOGIÆ ET STUDIO S COL-  
 LEGII SOCIETATIS IESV IN ALMA  
 UNIVERSITATE LOVANIENSI, FI-  
 licitatem & perpetuam salutem precatur  
 Gulielmus Huyfmannus Antuerpiensis,  
 publicus in Collegio Bussidiano Tri-  
 lingui Latinę linguę Professor.



**I**NTER diuersa diuersorum hominum  
 studia, quibus additi tempus omne atque  
 que omnem traducant, optime semper  
 & sibi & posteritati consulere, qui vana  
 ac inanibus, et si primo aspectu iucundis re-  
 glectis, seruis se grauibusq; studiis man-  
 parant: Quos inter primum honoris  
 vera laudis locum iure suo sibi vendicant, qui, commodis  
 posthabitis, omni studio & industria aliorum commodis solliciti  
 inuigilant. Comoda verò ista pro temporum diuersarum  
 metui necesse est, laborandūque unicuique pro viribus otio-  
 poris, in quod ipse incidit, ratione diligenter excussa, ad id labo-  
 res suos destinet, quo ad Dei maiorem gloriam proximique sa-  
 lutem maxime pertinere iudicabit; Vt quod in vniuersa mun-  
 dane machine aeterna administratione Deum ipsum facere et  
 operibus  
 manar  
 Ille eni  
 vniuers  
 uident  
 do illos  
 conspic  
 oportet  
 ficant  
 que se  
 Reges  
 ministr  
 excres  
 le) vrb  
 tere? E  
 ambitu  
 tor. T  
 cha la  
 dem a  
 strum  
 instissi  
 ramq  
 pic pe  
 His leg  
 Deus  
 tendos  
 sic equ  
 tionis  
 labore  
 licitè e  
 si, ve  
 signat  
 ac mo  
 tionē  
 nū ecc



operibus eius cognoscimus; id ipsum nos quoque quantum, humanarum virium modulus patitur, imitando pro stare conemur. Ille enim Regnorum Imperiorumque, ortum ac interitum rerumque, omnium mutationes ac varios vicissitudinum casus, aeterna providentia lumine constuens, singulis ferme aetatibus, modo hos modo illos vita, sententia, morum, animorumque varietate quadam conspicuos & idoneos excitat, per quos tanquam instrumenta opportuna qua fieri voluit & futura praevidit commodè perficiantur. Vult à parvis initis ad summum honoris potentiaeque fastigium regnum aliquod vel provinciam assurgere? eos Reges eosque gubernatores suscitatur, quorum armu ac iusta administratione, eo magnitudinis amplitudinisque, aliquando queat excorescere. Vult rursus (viti nihil sub Sole dicitur num ac stabile) urbes atque republicas à florenti statu & culmine illo dejectere? En tibi parata impiorum regum tyrannis, quorum avaritia, ambitione, impotentia ac scelere, omnia corrumpunt atque vastantur. Traditurus D. Deus in Aegyptum posteritatem Patriarchae Iacob, Iosephum in illum finem multo ante praemisit: Eandem à duro servitutis iugo liberaturus, Moysen tanta rei ministerium futurum mature sibi delegit. Romanum imperium quod iustissimorum fortissimorumque Regum, Consulum, Imperatorumque armis ac legibus ad gloria dignitatisque supremum apicem perduxerat; eorundem iniquitate, scelere, ac flagitiis, neglectis legibus in interitum praecipit deturbavit. Quemadmodum ergo Deus futuros casus praevidens ad eos vel promovendos vel avertendos, in promptu semper habuit vel stimulos vel impedimenta; sic aequum est homines cunctos quidem, sed illos maxime, qui rationis & orationis usu ceteris anteire videntur, & qui studio, labore, ac industria quae plurimis prodesse volunt; ante omnia sollicitè exquirere ac indagare, qua in re vel promovenda si bona sit, vel perturbanda si impia, utilissimè opera sua collocare possint. Ignatius Loyolaus Ordinis vestri primus institutor, cum à caducis ac momentaneis rebus animu ad sublimiore stabiliorèque, contemperatione Dei singulari beneficio traduxisset; duo (quorum tamen vnum ex altero pèdet) sibi proposuisse videtur, ad qua, donec vixit, cogita-

cogita-



cogitatus ac labores omnes magna cura ac sedulitate dedit.  
 Ut nimirum Christi fidem ac religionem, quantum divinis precibus  
 auxilio eniti poterat, ampliaret, & pravorum hereticorum in-  
 dias detegeret, noxios conatus perfringeret, pestifera dogmata  
 refutando conuelleret. Redde quidem & sapienter hoc ad-  
 cogitatum, sed frustra, nisi rationes illas simul minisset, quibus  
 quod meditabatur ad optatum finem perduceret. Huius illi di-  
 uina bonitas suggestit, meo sane iudicio, tam accommodatas quam  
 qua maxime. Nam postquam litterarum studia in iuuentute  
 primario flore vel neglecta omnino, vel gustata tenuiter, multo  
 sudore resumpsisset; sanctissimi instituti consiliis, in seculo  
 quod delegit, quibus cum ad caput orbis urbem & Sanctissimi  
 Apostolorum sancta limina contendit, & summo Christi  
 vicario Pontifici Maximo arcanam aperuit, quod cum  
 Dei immortalis honorem & catholicae fidei propagationem,  
 hereticorum euerisionem ac gentiliū conversionem tendere  
 cile prudentissimus Pontifex perspexisset, ratum habuit, & a  
 apostolica sanctione maxime opportuno tempore firmant. Cum  
 enim humanae salutis hostis Lutherum damnato dogmate  
 inania perturbantem, ac velut apram infestissimum Catholicam  
 ecclesiam vineam deuasstantē concitasset; misericors Deus Ignatium  
 fortissimum constantissimumq; athletam, qui cum Socru  
 feros impii Apostatae conatus strenue reprimeret, spūsa sua  
 nauit. Accepta itaq; à Christi summo Vicario auctoritate  
 cere & docere Christi exemplo incepit, tam felici noui orbi  
 successu, ut qui ante annos plus minus quinquaginta ad  
 ignotus, iam ad triginta & amplius Provincias peruaferat,  
 nostro mundo contineri amplius non posset, ad noui orbis  
 plissimas provincias per tot terra marisq; tractus peruenit.  
 Fanti viri vos estis filii, tamq; frugiferae arboris rami. Huius  
 amplexi Ordine eundē quē Magister vester, vos quoq; vobis  
 prae fixistis, ad illius mores vestros mores ac vna omni  
 ponitis, atq; suauissimum plurimarū virtutū odorem vobis  
 exēplo passim emittitis, nō in Europa tantū, sed per omnes  
 mino Christiani orbis regiones, maximēq; per Indiam, tam  
 ad Ori-



ad Orientē quān̄ que ad Occidentē protēditur. ubi quanto cum  
fructu in vera fide imbuedis hominibus (quod omnium operum,  
que à Christiano homine præstantur, est longè maximū Deoque  
gratissimum) versati hæctenus fuerint, ac etiamnum hodie ve-  
stra familia homines versentur; constans fama ac creberrimò  
est allati rumores testantur. Ego verò non id auribus accepi  
tantū, sed superioribus annis Mediolani in subrorū hisce oculis  
vidi; cum Japonicorum Regnum filii ac nepotes Roma reuersi,  
ubi tanquam legitimi Ecclesiæ Catholice ac Apostolice filii  
Pontifici Maximo obedientiam exhibuerant, in Iaponiam  
patriam reditum pararent. Id ipsum littera quadam, ad Reuerē-  
dum Patrem Ordinis vestri Generalem Romam transmissa ac  
inde huc Italico idiomate excusa, perlata non obscure loquun-  
tur, quas cum ego etiam non sine maxima iucunditate legissem,  
amicorum rogatu me induci non difficulter passus sum, ut ad  
communem multorum qui Italicè nesciunt oblectationem eas  
latinitate donarem, quod eo feci lubentius, quo cognitione omniū  
narrationes illæ digniores videbantur. Quam verò feliciter id-  
ipsum præstitum à nobis fuerit, utriusque lingue peritis judi-  
candum relinquo. Equidem amicis gratificari volui, etsi temera-  
rio magis (ut vereor) quān̄ prudenti conatu; quippe qui nomi-  
nis mei ac fame periculo aliis placere non recusarim. Quod etsi  
amoris non fidei maximum sit indicium, tutius tamen me factu-  
ram existimaui, si contra quorundam obreccionem patrociniū  
aliquid quererem. De quo cum anxius mecum dispicerem, ar-  
gumenti ac subiectæ materia ratio patronum obtulit. Cum e-  
nim quæ opusculo hoc continentur, ex litteris Patrum Socie-  
tatis JSV, qui in Indica ista vinea tam strenuè tantòq; cum  
fructu allaborant, desumpta sint, ac fideliter interpretata: qui-  
bus id obsecro potiori iure dedicandum videatur quān̄ ipsis Pa-  
tribus neque uni ex ipsis, ad quæ quæ hîc referuntur magis spe-  
ctare videantur quān̄ ad ceteros, sed toti Collegio. Cum enim  
una ac eadem sit omnium vocatio, omnibus factum hunc nostris  
commendare visum fuit, neque id lenibus (ut opinor) aut futili-  
bus de causis. Cum enim, ut dicere cœperamus, exortum ante  
annos



annos aliquot diuersarum heresum tempestatem horum maxime ministerio sedare diuina prouidentia placuerit, (sicut & dicitur Ecclesie Catholicae laboribus aliorum Ordinum sacrorum institutione benignissimus Deus patrum nostrorum memoria succurrat) non insulse facturum me existimari, si, qui ut profusum conuicti ita labore ac solitudine in fidei Catholicae confirmatione & ampliatione pares sunt, in huius opelle quoque nauigatione coniugerem, quorum conatus & studia florentissima Belgica collegia loquuntur. Imprimis indubitatam fidei ueritatem facit in hac alma Uniuersitate Louaniensi excitatum olim, postea tamen temporum iniquitate concussum nouissimum latiore successu instauratum Theologiae Seminarium, cuius plantaria uberes & copiosos fructus prope diem pollicentur. Siquidem cum exacta ueneranda huius Facultatis Theologiae Doctorum industria, cum Pastorum, concionatorum, reliquorumque in hoc stadio currentium sudore conuicti desiderii & operis eorum; multo certe facilius de Catholica religionis uictoria futura est. Quandoquidem (qui Seminariorum pater est) praecleara indole adolescentes ac uiri, humanioribus literis ac philosophia preceptis egregie instructi, solida totius uisina sapientia fundamenta interim iaciunt, & in penam quaedam doctrinae atque scientiae diligenter recondunt, qua ad communem plurimorum utilitatem liberaliter postea deponunt. In hereticorum confutatione acres ac uehementes, in miribus hominum efformandis solliciti, in anxie conscientijs confidendis prudentes. Absit uerbis adulatio. Non minora iam prope modum ab Ordinis uestri sectatoribus in Europa, ac maxime in Gallia, Germania, ac Belgio nostro, quam in late diffusi hereticorum populis praestantur. Facilius namque est infideles ad euangelicam ueritatem adducere, praesertim quando ad eos accessus patet, quam hereticos, qui obfirmato animo ab agnitione ueritatis recesserunt, discussis errorum tenebris ad eandem reducere. Quod prudenter obseruas Inuictissimus ac maxime Catholicus Hispaniarum Rex, sicuti in Hispania ac Italiae uicis plerisque, ita in hoc etiam publico studio Louaniensi Seminarium



NUNCVPATORIA.

693

Regio sumptu instituendum curauit, in quo Pastores nouelli tā-  
quam recentes surculi paulatim accrescant, ut in Ecclesia rena-  
scentis defensionem contra prauos pestiferosq; hereticorum in-  
sultus aliquando coalescant. Idq; eo nunc succedit feliciter, quo  
fideliori pastori gregis cura commendata est. Quid enim nō mo-  
latur, non tentat, non aggreditur Illustris ac Reuerendissimus  
Dominus D. Joannes à Stryen Episcopus Middelburgensis,  
qui quod Zelandicā perseuerante rebellionē ac heresi pastorali  
cura sua commissis gregibus uti fidelis pastor praeire non po-  
test; aliunde oblatiis accitisq; ouibus neuitquam mercenaria soli-  
tudine praest. Quae cum ita sint, quis Belgicam Ecclesiam suo  
aliquando nitore restituendam esse desperet? Non deerit piis co-  
natus misericors Deus, qui, quae ad nominis sui gloriam occu-  
patis, ad optatum finem cum maximo Christianae fidei incremē-  
to aliquando perducet. Valete PP. Reuerendi, ac Huysman-  
num vestrum patrociniō vestro confidentem contra maleuolo-  
rum hominum morsus praesentem ac absentem defendite.

Louani ex Collegio nostro Buslidiano Trilingui, Anno repa-  
ratae salutis 1589, decimo-sexto Calend. Julii.

Collegio vestro addictissimus deuotissi-  
musque cliens,

Guilielmus Huysmannus.

VERA